Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



R e

adiuuat. Et uocauit primum hycabod
dicens. translata est gloria de israel
quia capta est archa dei. et pro socero
suo. et primo suo. ait. translata est
gloria domum abisrl. eo quod capta
esset archa dei.

V

Philistiim autem tulerunt ar
cham dei. et asportauerunt eam
a lapide adiutorii in azoti.
Tulerunt philistiim archam dei. et
intulerunt eam in templum dason
deum suum. et statuerunt eam iuxta
dason. Cumque surrexissent diluculo
azoti altera die. ecce dason iace
bat pronus in terra ante archam dei
Et tulerunt dason. et restituerunt
eum in locum suum. Surrexerunt
mane die altero consurgentes in
uenerunt dason iacentem super
faciem suam in terra coram archa do
mini. Capud autem dason. et due
palme manuum eius abcisse erant
super limen. Porro dason truncus
solus remanserat in loco suo. propter
hanc causam non calcant sacerdo
tes dason. et omnes qui ingrediuntur
templum eius super limen dason in
azoto usque in hodiernum diem. Ag
grauata est autem manus domini
super azotos. et demolitus est eos. Et
percussit in secreto pre natis azoti
et fines eius. et ebullierunt mille.
et ceciderunt in medio regionis illius. et na
ti sunt mures. et facta est confusio
mortis magna in ciuitate. Viden
tes autem uiri azoti huiusmodi pla
gam dixerunt. ne maneat archa
dei israel apud nos. quoniam
dura est manus eius super nos. et
super dason deum nostrum. Et mut
tentes congregauerunt omnes satra
pas philistinorum ad se. et dixerunt
Quid faciemus de archa dei israel.
Responderunt. ergo gethei. circumdu
catur archa dei israel. et circumduxerunt
archam dei israel. Illis autem circumdu
centibus eam. fiebat manus domi
per singulas ciuitates interfectionis
magne nimis. vniuersi quoque urbis a
parvo usque ad maiorem. et conpu
trescebant eminentes secretis co
rum. Iniecerunt ergo gethei in scilicet
et fecerunt sibi sedes pellicias. oste
runt ergo archam domini in acaron.
Cumque uenisset archa dei in acaron.
exclamauerunt acaronite dicentes.
Adduxerunt ad nos archam dei israel.
ut interficiant nos et populum nostrum
obstruxerunt itaque et congregauerunt omnes
satrapas philistinorum. Et dixe
runt. dimittite archam dei israel. et
reuertatur in locum suum. et non mor
tificet nos cum populo nostro. fiebat in
pauor in singulis urbibus. et gra
uissima valde manus domini. vi
ri quoque qui mortui non fuerant
percutiebantur secreto pre na
tium. et ascendebat ululatus vni
uersi ciuitatis in celum.

VI

Fuit ergo
archa domini in regione
philistinorum. vii men
sibus. et post hoc uocauerunt philistii
sacerdotes et diuinos dicentes. Quid
faciemus de archa dei indicate no
bis. quomodo remittemus eam in
locum suum. Et dixerunt. Si
remittitis archam dei israel. nolite
dimittere eam uacuam. sed quod
debetis ei reddite pro peccato. tunc